34-8-H516 8 214

RESPONSVM IN QVO

NOMINA, QVAE A IVRE DIVINO, PONTIFICIO, CAESAREOQVE DD. CARDINALIBVS S. R. E. *IMPOSITA SVNT*, Carptim explicantur.

Nequè alijs nominibus, præter hoc eodem Reſponſo relatis, DD. Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ à quouis, etiam Rege, & Imperatore Nuncupari, intrepidè Defenditur.

Relatore Hieronymo Manfredo Iureconſulto Bononienſe, Pro Sanctiſsimoq; Domino Noſtro SIXTO QVINTO Pontifice Maximo, Fauentiæ Præfecto.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Conuentus Sanctæ Mariæ Transpontinæ

De Superiorum Licentia.
CAESENAE.
Apud Bartholomæum Rauerium. CIↃ. IↃ. XIIIC.

ALEXANDRO FARNESIO

MAXIMI DIVORVM PATRVM S. R. E. CARDINALIVM COLLEGII DECANO, ET VICECANCELLARIO Potentiſsimo.

Hieronymus Manfredus Salutem.

COETVS Cardinalium S. Rom. Eccleſiæ ritè habitus approbatus, ſplendidisquè nominibus fulget, atquè in primis gremium Eccleſiæ appellatur. Quod gremium maternum eſt, non tamen cuiuscunquè matris, ſed latiſsimum, ſanctiſsimum, & fœcundiſsimum vnius Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ, quæ in D. Petro Principe Apoſtolorum à Chriſto electo, atquè inſtituto eiusquè ſucceſſoribus Rom. Pontificibus, & in S. Rom. Eccleſia Cardinalibus in communi ſocietate concorditer degentibus, & commodo Chriſtianorum omnium conſulentibus reſidet; Conſenſio enim Cardinalium huiuſmodi aſsiſtentium D. Petro a Chriſto ſpeciatim Approbata ac propriè ſuccedentium vſquè in finem ſeculi,

continua ſerie ſine labe ſeruata eſt, hoc in ſecundo gremio, qui ſunt, quò ad ſtatum ſuum omnes ſunt beati, Pontifex primùm, & cum eo Cardinales omnes, quis enim hos ſanctos eſſe neget, quos apex tantæ dignitatis exórnat, Singuli aurem Cardinales & omnes vnà peculiares ſunt filij, qui continuè reſident in gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ Deò Optimo Maximo conſtituente, per Chriſtum eius filium, Caput eſt, & Mater Eccleſiarum omnium totius orbis. Cardinalium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ congregatio, ſecundo modo vocatur Collegium à con, quod ſimul ſignificat, & legendo, quod ad idem miniſterium eligantur, quia pro cunctis magnis, aut arduis negocijs neceſſario in vnum conuenire debent cum Summo Rom. Pontifice Petri Catholico Succeſſore, & cum eo conſilium capere, ſumma vigilantia Rempub. adminiſtrantes, eiquè iugiter aſsiſtentes; quod maximè honeſtiſsimum iſtud, ac ſacroſanctum Collegium decet: illa verò, quæ aut generaliter, aut ſpeciatim Eccleſiam Dei reſpiciunt in primis curare debent, Romanoquè Pontifici integra, ac libera dare conſilia tanquàm Eccleſiæ Catholicæ filij obſequentes, in functione ſummi ſacerdotij. Cæterum ad eorum ſtatum pertinet præſtò eſſe Papæ opem ferre. Sunt enim ob eam gratiam in Collegium illud aſciti, vt perinde ac fratres in communi cœtu cum Rom. Pontifice certa, & libera ferant ſuffragia, eiquè adhæreant, qua in re

nullus

nullus popularis poteſtatis metus illos deterreat, nulla gratia abſorbeat, nihil de recta ſententia illos depellat. Conuenit etiam nomen hoc ſacroſanctum Collegium Cardinalibus propriè, pro collegio cum Summo Romano Pontifice congregatis, eiquè continuè adhærentibus; Itaquè ad Cardinales tanquam ad collegium ſcribere eſt in vſu, nam eos collegium ſacroſanctum, propter prærogatiuam auctoritatis & ius collegij quod habent, appellare ſolemus. Poſſunt enim omnia Chriſtianorum collegia iuſta, & approbata explere, illisquè maximam auctoritatem tribuere, ſimili ratione collegium iſtud poſt Papam inter omnes Chriſtianos habet amplitudinem in vniuerſa Eccleſia Catholica, honorisquè & dignitatis præſtantiam. Quarto modo in Sacris conſtitutionibus cœtum conuentum etiam eſſe, vel congregationē iuſtè habitam patet, à conueniendo in vnum; meritò itaquè collegium iſtud etiam cœtus appellatur. Et quantum pertinet ad rem ipſam propriè, concordiſsimi Cardinales debent Summo Pontifici continuò, & pro collegio adhærere, de cunctis Eccleſiæ Dei arduis negotijs ad eum referre, illamquè cum eo adminiſtrare, de illis decernere auctoritatequè, & mandato ipſius abſoluere, ad optimum proſperumquè ſtatum totius militantis Eccleſiæ. Nam ipſis Cardinalibus poſt Pontificem incumbit præcipuè cura adminiſtrandæ Eccleſiæ vniuerſalis cum ipſo verò Pontifice ſtatim ſuccedit:

dit collegium iſtud Sanctorum Apoſtolorum congregationi in prima Eccleſia poſt Saluatoris noſtri glorioſum aſcenſum in vnum coeunti, nomineque Spiritus Sancti, ad quos pertinuit cum ſummo eius Antiſtite, & Paſtore Petro, ſicuti modò ad Cardinales pro collegio coactos cum Summo Romano Pontifice, adminiſtratio totius Eccleſiæ Catholicæ, hoc eſt cura omnium, & ſingularum Eccleſiarum totius orbis ſpectat, nec non tractatio omnium maiorum cauſarum Eccleſiæ. Cuncta quoque ardua, & dubia ſuperuenientia in toto terrarum orbe Cardinales decidere debent, in gratiam præpotentis Dei ad augendam Chriſti fidem, & tuendos Chriſtianos omnes, ſingulasque Ciuitates. nec poteſt aliud quodcunque collegium, ſiue Senatus Chriſtianorum quacunque vel Regia, vel Imperatoria poteſtate decoratus alias prærogatiuas, ſiue nomina inferiora Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Pater religioſiſsime, his, quibus hoc meo Reſponſo tibi pro mea erga Sacroſanctum Collegium, & te Hominum Mecænatem veteri obſeruantia commendato explicui, appellare. Vale.

HIERONYMO RVSTICVCCIO S. R. E. CARDINALI PRVDENTISSIMO.

Hieronymus Manfredus Salutem.

AMpliſsime Pater, Cardinalatus præſtantiam, dignitatemquè in S. Rom. Eccleſia habuiſſe certam & nominis formam monimenta veterum proteſtantur, Sanctorum Patrum decreta oſtendunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in functione ſui muneris Romano Pontifici coadiutores eſſe inſtitutos, vt fæliciter per eos Chriſtiana Reſp. gereretur. primò à D. Sylueſtro Papa cum dignitatis, & honoris excollentia in vniuerſa Eccleſia inter cæteros omnes poſt Rom. Pont. concilia ex eo tempore, & in poſterum (ſeſsiones modò appellant) Conſtantinus Imperator quarto die ſui Baptiſmatis, ſuorumq; præfectorum inſtituit, cunctoquè populo Rom. approbante vrbem Sylueſtro, eiusquè ſucceſſoribus conceſsit, atquè vtriuſquè ditionis principatum, & imperij inſignia; largitus eſt etiam ipſi Sedi Romanæ ſummo grado poſitæ ſummum ius imperij, vt in

cun-

cunctis agendis maxima libertate vteretur; ne vlli ſubeſſet homini ea, quæ Chriſti verbo omnibus præpoſita fuit. Idem Syluester, vniuerſali conuentu Romæ habito; quosdam præsbyteros Cardinales nuncupari publicè decreuit, & ritu quodam ſeruato proprijs nominibus ipſe appellauit, & ita in poſterum eos nominari voluit. Annis etiam aliquot antea, tempore Potentiani Papæ, nec non D. Cyriaci cum xj. millibus Virginum apud Coloniam ſupplicio affectis, D. Marcellus Pontifex propter baptiſma, & ſepulturas martyrum Anno Domini ccciiij. quindecim Cardinales in vrbe elegit; ecce verò Fabianus Pontifex ſeptem Cardinales Diaconos inſtituit, qui præeſſent ſeptem ſcribis Apoſtolicæ Sedis. vt verè geſta martyrum memoriæ hominum ſempiternæ commendarent: attamen temporibus ijsdem Marcelli, & Fabiani, nec Cardinales ab omnibus nuncupati ſunt, nec prærogatiuam dignitatis habuerunt in vrbe. priuſquàm aduenit Syluester Pontifex, qui habito communi Senatu Romæ, primus in Rom. Eccl. expreſſe inſtituit, ac nominauit Cardinales. ijsq; priuilegia conceſsit. Itaq; tum primum verbo, & re Card. fuerunt cum D. Syluestro: Vnde eleganter dicunt Canoniſti quòd quamuis de dignitatib. Eccleſiaſticis per Rom. Eccl. inſtitutis, poſsit quilibet Epiſcopus in præcipua ſua Eccl. vel alia ſuæ diœceſis, nomina dignitatum inſtituere, attamen Cardinalatus dignitatem nemo

inſti-

inſtituere poteſt, ſine auctoritate Eccleſiæ, cum nuſquàm gentium conceſſum ſit, Card. eſſe, aut creari, quàm in Eccl. Rom. quæ hoſtium eſt Eccleſiarum omnium totius orbis, vt enim Cardinibus hoſtium vertitur, ita Eccleſia debet conſilijs, & prudentia Cardinalium niti, eorumquè præſenti ope eam regi neceſſe eſt: Singulari igitur, & præſtanti nomine Cardinales appellantur (vt diximus) propter præſtantiam dignitatis, & officij prærogatiuam ita appellari, quoniam ſicuti circa Cardines ſuos mundus ipſe vertitur; ita diuino inſtituto Chriſti Eccleſia in Cardinalibus ſuum ſeruat motum. Sunt enim orbis Cardines, ſupra quos Deus orbem poſuit, vt inquit Anna mater Samuelis primo Regum, quemadmodum Deus Cœlum ipſum Cardinibus niti ſtatuit, ſic etiam Cœlum huius militantis Eccleſiæ Cardinales agere voluit, Cardinum vt officio fungerentur, & ſicut cœleſtes illi Cœlum regunt, atquè circa eos rapitur, ita Cardinalibus Summo Romano Pontifici adhærentibus laborum, ac negociorum Rom. Sedis, & & totius Eccleſiæ pondus incumbit, quorum humeris, ita eorum officio exigente vniuerſæ Eccleſiæ ſtatus nititur. Ideo autem dicuntur Cardinales, quia conſilio, & prudentia ipſorum adhærentium Chriſti Vicario, agitur vniuerſa Eccleſia, dicuntur etiam propriè Rom. Eccleſiæ filij, quoniam inde manat ipſorum dignitas, in eademquè poſt Papam

Principes exiſtunt, ad eam augendam, atquè ornandam Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicæquè Sedis, ſtatus: Cardinalium auctoritas, & officium declaratur. Chriſtianis omnibus, ex ipſorum Cardinalium ſolemni, atquè communi nomine. Omnes enim vno nomine Cardinales nuncupantur: quia vnà, & continuò deſeruire debent Rom. Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi preſto eſſe, Principi Eccleſiarum omnium totius orbis, atquè hoc modo Cardinalibus nomen indictum eſt à ſancta Sede Apoſtolorum, cui vt adhæreant perpetuò, ac deſeruiant ipſa officij dignitas flagitat, & tantum licet propriè Romanæ Eccleſiæ habere Cardinales; quatenus ipſa Romana Eccleſia, & Sedes eſt in Chriſto ſummo omnium Pontifice. Conſtat enim perſonam ad ſummum Sacerdotium aſſumptam, non locum, aut Rom. Vrbem electam efficere Sedem Pontificis: notum verò eſt Epiſcopum eſſe in Eccleſia, quò ad adminiſtrationem illius, ipſa autem in Epiſcopo quò ad obedientiam, & ſubiectionem pertinet. Vbicunquè igitur propria Pontificis perſona adeſt, ibi eſt Rom. Sedes, & Eccleſia in perſona D. Petri Apoſtolorũ Principis inſtituta per Chriſtum. Huic Almæ matri Eccleſiæ, quæ Thronus Dei, & Cœlum appellatur in terris Cardinales pro Cardinibus deſeruiunt. Dignitas autem hæc Cardinalium, & nomina apud Chriſtianos vbiquè ſunt comprobata propria, & communi obſeruatione Sanctæ Roma-

næ

næ Eccleſiæ. Cardinalium itaque dignitatem præſtantia plenam eſſe, & inter omnes conſpicuam patet. Illuſtriſsime Pater qui iudicio, conſilio, prudentia, atque rerum maximarum experientia in Romana Eccleſia, cum nemini ſis ſecundus, ex hoc noſtro Reſponſo apprime conſpicies. Vale.

090

Digitized by Google

RESPONSVM IN QVO NOMINA, QVAE A IVRE DIVINO, PONTIFICIO, CAESAREOQVE DD. CARDINALIBVS S. R. E. *IMPOSITA SVNT*, Carptim explicantur.

1 QVONIAM DD. Cardinales S. R. E. Cardines ſunt Orbis, Ioan. de ligna. in tract. de bello pagina nona. Laud. de Card. quæſt. prima & 5. Belinc. de charitat. ſubſid. quæſt. 66. numero x. tractatuum libro iiij. Hoſtien. in cap. ſecundo de Clericis non reſident. Laur. & Ioan. Fauent. in C. Sacroſancta xiij. diſtinct. Ioannes Andreas in Clem. ne Romani de Elect.

2 Sunt pars corporis Papæ Bolog. de poteſt. Papæ numero x. & num. xxxiij. Gondiſá. de Card. Legat. num. xj. Gigans de pens. quæſt. 70. num. xij. & xiij. Barb. de Præſt. Card. par. prima num. xxxv. quinimmo etiam pars ſunt capitis ipſius Papæ Io: de lign. lib. de conſac. Eccles. §. iiij. num. ix. Iacobac. de concil.

lib. primo fol. iij. col. prima.

3 Fratres ſunt Pontificis c. in Genes. & in cap. Eccleſia de ellecti. in 6. C. fundamenta S. decet eod. capitulo primo. de Renuntiat. Io: Andreas in cap. ad liberandum de Iudeis in cap. 1. de Sciſm. in 6. in cap. quam periculoſum de ſent. & excommu. Barb. de præſt. Card. p. quæſt. num. xxxij. Iacob. de Concil. lib primo fol. xxx. & xxxj.

4 Sunt Principes terræ Canoniſt. in C. paſtorali xij. quæſt. prima & in C. relatio xxj. quæſt. prima & ibi glos. in C. ſecundo de officio Archid. Lud. Rom. in cons. vltimo, Laud. de Legat. Princip. quæſt. xj. Iacob. de concil. lib. primo col. xij. in ſecunda littera A & B.

5 Columnæ ſunt Eccleſiæ Marcus Mantua, lib. de Con. num. 64. Belinci, de Charitat. ſubſid. quæſt. xiij. tractatuum lib. 4.

6 Sunt Lumina Eccleſiæ idem Mantua de Concil. num. 64. Rom. dicto cons. vltimo.

7 Sunt ſtellæ Eccleſiæ C. cum ſuper ſpecula de Magiſtris. Albanus hodie Cardinalis meriritiſsimus, & nempè Iuriſtarum Princeps lib. de Cardinalatu quæſt. viij. vbi pulchrè.

8 Sunt Reges, & pro Regibus habendi, Paris de Puteo in tractatu de Sindicatu in S. an ſi Iudex num. 2. Barb. de præſt. Card. prima.

quæſt.

quæſt. num. xxiiij. Card. Iacob. de concil. in tit. quis cogendus ad concil. Iaſon in .l. centurio ff. de vulgar. & pupil. Card. Albanus acutiſsimus lib. de Card. quæſt. vj.

9 Diui appellantur .C. per venerabilem in §. rationibus extra qui filij ſint legitimi.

Si diui ſunt, quoniam eorum Senatus diuinus. vt Canon. omnes admittunt in dicto C. per venerabilem in §. Rationibus ſupra; cur non meritò, & dignè etiam infraſcriptis non debeant decorari nominibus à Iure diuino, Pontificio, Cæſareoque expreſsis.

Primò amplißimi vocantur Patres, Io: Andreas in C. cum te extra de Re Iud. Bart. in .l. prima in §. de qua ff. de poſtulat. ſunt enim ſcripti in Diademate Papæ Principum, Principis Gomes de Regul. Canc. quæſt. iiij. num. iij. Franc. in cap. primo num. ij. extra Siſm. Iacob. de concil. lib. primo art. xij. col. ij. in lit. B.

2 Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi ſimul dicuntur, Dec. & cæteri legiſt. in Rub. & in .l. prima ff. de officio eius. Pauinus in tract. de off. & poteſt. ſede vacante quæſt. x. part. ij. Henrich. Boich. in cap. quamquam ij. quæſt. vij. num. iij. Gomes de Reg. Canc. in Reg. de va-

lore in prima quæſt. num.x. Gondis. de poteſt. Eccleſiæ num. iiij.

3 Maximi nuncupantur C.ij.de officio leg. lib. vj. Barb. de præſt. Card. quæſt. viij. num. iiij. Nos lib. de Card. tit. de priuileg. decis. 186.

4 Splendidiſsimi appellantur Ioan. à Montagnana lib. de aut. magni concil. num. iiij. tractatuum lib. ij.

5 Religioſiſsimi nominantur Henrich. Boich. in cap. primo diſt. xxiij. num. xv. & in cap. quamquam ij. quæſt. vij. num. viiij. & xij.

6 Potentiſsimi enuntiantur Io: Andreas in cap. cum olim de Re Iud. Archid. in cap. Sacroſancta xxij. diſt. Io. ſtaphil. de Gratijs, & expectatiuis in §. dicendum eſt modo num. 62. tractatuum lib. iiij. Vbi Cardinalium appellatione compræhenditur Summus Pontifex quia cum eo iudicant omnes mundi nationes eorúmque ſummus eſt gradus cum Papa, Barb. de Præſt. Card. quæſt. prima num. xxxxij. Lud. Bologninus lib. de Indulg. num. xxxiij.

7 Vocantur Patres conſcripti in capitulo à Subdiacono quæſt. iij. diſtinct. iij. in cap. Conſtantinus 69. diſtinct. Iacob. de concil. lib. primo articulo xij. col. ij. fol. xxx.

8 Nominantur excelſi filij ſpirituales Romanæ Eccleſiæ in capitulo fælicis in §. ſi quis vero de

Pænis

Pænis in vj. Abbas in Repertorio in verbo Card. num. xxxvij. & primi gradus filij addit Iacob. de concil. libro primo fol. xxx. in capitulo, ſi quis ex Epiſcopis 79. diſtinct. Io: Andreas in capit. fælicis de pænis, Gomes. de Reg. canc. quæſt. viiij. in prohem. num. iij.

9 Nuncupantur Summi Conſiliarij Pontificis in cap. Fundamenta in §. decet de ellect. in cap. Parocchialis xvj. quæſt. prima Barb. de præſt. Card. quæſt. prima num. xxiiij. & num. xxxx. Io. de Silua tract. de benef. prima par. quæſt. iiij. num. xxxxiiij.

10 Magni Adiutores Papæ vocantur Io: de liga. libro de bello ſupra citato Socin, cons. 99. vol. iiij. Barb. de præſt. Card. quæſt. ij. num. 36. Petrus de Baiſio in tract. de ellect. cap. xxxv. in ſecunda parte num. viij. Iacob. de concil. tit. de Card. & Patriar. fol. xxxiiij. & xxxv. in libro meo.

11 Sunt ſimiles Præfecto prætorio, cuius antiquitus in in Vrbe poſt Cæſarem nulla maior reperiebatur dignitas. Barb. de Præſt. Card. quæſt. x. Corſet. libro de poteſtate Reg. in principip. Gomes. de Reg. Canc. in reg. de valore quæſt. prima & xj. & inquit Iacob. de concil. lib. primo fol. 50. col. ij. in fin. lit. D. quod præcedunt etiam Patriarcis, & vt etiam dictum,

ſum-

ſumma eſt eorum dignitas cum officio, Henrich. Boich. in dicto capitulo quamquam ij. quæſt. vij. Bal. in capitulo bone de poſtulat. Prælat. Barb. de præſt. Card. quæſt. prima, num. ij. Fælin. in rub. de off. de leg. Barb. in conſilio primo vol. primo. Iacob. de concil. lib. primo fol. 44. lit. B. col. ij.

12 In veteri teſtamento locum tenet Sacerdotum Leuiticorum, de quibus Moyſes Deuteronom. capitulo xvij. ſi difficile, & ambiguum, Barb. de præ. Card. quæſt. prima num. vij. Archid. & Io: Andreas in capitulo fundamenta in §. decet de elect. Abbas in cap. ex geſtis de Catholicis non reſid. Card. Alex. in capitulo per Venerabilem in §. rationibus extra qui filij ſint legittimi.

13 In Nouo locum tenent Apoſtolorum primi, & ſecundi ſtatus, Hoſtien. in capitulo ex geſtis extra de Cler. non reſident. Dec. in cap. in præſentia extra de appellatione Rom. cons. vlt. Gozad. de poteſt. Eccleſiæ num. primo Petrus de Mont. lib. de Monarch. conciliorum parte prima num. primo Io: de Silua de benef. parte prima quæſt. iiij. num. 43. tractatuum lib. 4. Laud. de Card. quæſt. vij. viiij. xj. & xxxiij. Franç. in cap. ſuper eo num. iij. de Hereticis, Barb. de præſt. Card. quæſt. prima num. 35.

Io:

Io: de Turre Cremat. lib. de poteſt. Eccleſiæ cap. 80. & 83. Barb. cons. primo vol. primo Petrus de Baiſio de elect. capitulo xxxij. in ij. parte num v. tract. lib. iiij. Iaſon cons. 145. vol. primo Lud. Bolog. de Indulg. par. prima num. xxxv. Belinc. de charitat. ſubſid. quæſt. 66. Io: Turre Cremat. in capitulo quamquam ij. quæſt. vij. Nouiſsime magnus Card. Albanus lib. de Card. quæſt. 5.

Nec dicatur, quòd Cardinalatus eſt Iuris poſitiui. & non diuini, eo quod cæperit, vel à Pontiano xvij. Pontifice, quem dicunt in vrbe propter Baptiſma, & ſepulturas quindecim Cardinales inſtituiſſe, Archid. in capitulo, vbi periculum de elect. in vj. Card. in Clem. ne Romani in §. puto de elect. in vj. vel à Marcello primo ſecundum Io: de Turre cremat. de poteſt. Eccleſiæ capitulo 83. vel à Papa Silueſtro, vt tenet Oldrad. in cons 63. Rom. dicto conſilio vltimo. Laud. de Card. quæſt. xxiij. & quæſt. xxvij. Capicius decis. 114. num. 120. in apoſtil. in fin.

Reſpondetur quòd quoquomodo ſit, hoc verum nomine, ſed non origine, & re hac ab effectu, quoniam origine, & ab effectu à Chriſto Cardinalatus ſtatus fuit inſtitutus, vt poſt alios tradit Io: de Turre Cremat. in dicto capitulo,

quam-

quamquam inquiens quod, à Chriſto Card. ſtatus origine principaliter inſtitutus eſt, & ante eum Diuus Bernardus, lib. iiij. de conſid. Card. Alb. eo loci ſupra, & nouiſsime Viguerius lib. inſtit. ad Chriſtianam Theologiam cap. de ſtatibus Eccleſiæ in verb. Card. fol. 224. in vij. col. in fin. nempè nomen eis a Cardine Iure poſitiuo impoſitum eſt, quoniam ipſi ſunt mundi Cardines, vt ſupra dictum, ſuper quibus tota mundi gubernatio vertitur, & ad ipſos ſpectat cum Papa, vniuerſi orbis pondus ſuſtinere, vt latius apud Barb. de præſt. Card. quæſt. ij. num. primo & xij. Petrus de Baiſio in tract. direct. elect. capite xxxv. num. viij. Henrich. Boich. in cap. Sacroſancta diſtinct. 22. num. 9. pro quo facit quod ſcribitur cap. 2. Regum Domini inquit, ſunt Cardines, poſuit ſuper eos orbem, quod Hoſti. figurauit ad Card. in capitulo ij de cler. non reſident.

14 Quinimmo eodem veteri teſtamento ſimilitudine Cardinales S. R. E. tenent locum duodecim filiorum Iſrael, qui ab vno patre Iacob geniti fuere Genes. cap. xxxv.

15 xij. Fontium aquæ viuæ in deſerto Hælim Exod. cap. xv. num. 33.

16 xij. Lapidum prætioſarum in veſte Aaron Exod. cap. xxviij.

17 xij. Principum à Ioſue iuſſu Dei elect. Ioſue cap. vij.
18 xij. Lapidum in exercitu poſitarum à Ioſue cap. iiij.
19 xij. Exploratorum Iuſtorum ad explorandum terram promiſsionis num. cap. xiij.
20 xij. Bouum ſuſtinentium mare æneum Salamonis iij. Regum cap. vij.
21 xij. Præfectorum à Salamone in populum iij. Reg. cap. iiij.
22 xij Lapidum, quos tulit Elias ex Iſrael vt edificaret Altare Domini iij. Regum cap. 18.

In nouo Teſtamento tenent locum duodecim ſtellarum, quas vidit Ioannes in cap. ſponſæ, ideſt Eccleſiæ Apoc. xij.

23 xij. Portarum Ciuitatis Hieruſalem, quas vidit Apoc. xxj.
24 xij. Fundamenta in quibus inquit Ioannes vidit nomina duodecim Apoſtolorum.
25 xij. Apoc. xxj. Chriſto aſsiſtentium, quorum locum vt ſuperius dictum tenent Cardinales S. R. E.

Quid mirum ſi ſic Iure veteri, & nouo ſancitum eſt.

Quis ergo tam audax erit aduerſus Ius diuinum, Pontificiumque, & Cæſareum DD. Car-

dinales S. R. E. alijs inferioribus nominibus præter à nobis ſuper relatis, nuncupare inſcribereque. Nemo quidem quacunque dignitate, & poteſtate fulgens.

Dicet aliquis, ab his nominibusque, inſcriptionibuſq; excepti ſunt Reges, Imperatoreſq;, quibus licet alijs inferioribus nominibus, & inſcriptionibus nuncupare DD. Cardinales S. R. E. maxime Vaſſallos, & ſubditos Cardinales Regijs Coronis, vt in pragmatica magni Senatus Hiſpaniarum Regis aduerſus, vt aiunt Cardinales S. R. E. Potentiſsimo Philippo Regi ſubditos.

Reſpondeo Magnum Hiſpaniarum Senatum reuerenter loquendo falli opinione. Quoniam Cardinales S. R. E. quicunque etiam Subditi, & Vaſalli, vt aiunt tàm Coronæ Regiæ, Catholicæ, quàm & Imperatoriæ, non poſſunt vtroque iure diuino Pontificioque, ac Cæſareo compelli inferioribus nominibus, & prærogatiuis diuerſis a nominibus ſupra relatis nuncupari.

Et pro tuenda hac iuris noſtra opinione cōtra Senatum, ſciendum eſt, quòd Cardinales S. R. E. ſicut Papa, cuius ſunt membra legibus non ſubiacent. tex. in .l. bene à Zanone in vers. ſua prærogatiua fortuna C. de quadr. præſcriptio-

ne.

ne. Barb. Doctor Illuſtris de Præſt. Card. quæſt. vj. num. viij. ſic decidit citans exempla, & bene loquitur, quia ſicut Papa legibus non ſubijcitur, ſic & Cardinales cuius membra ſunt, & pars corporis, & eius capitis, vt ſupra dictum legibus non ſubiacere dicendum eſt per iuris regulam ab omnibus Canoniſtis, & Legiſtis, Canonizatam, quod idem iudicamus de parte, quo ad partem, quod de toto, quo ad totum, .l. quæ de tota de Re. vend. Euerardus in centuria in loco de toto ad partem, eſſet enim monſtruoſum, quòd menbra non participarent virtutem, & ſui capitis prærogatiuam ſecundum Philoſophos, & Phiſicos, Non inmeritò iure cautum eſt, quòd cum Cardinales ſint pars corporis Papæ, ab eis non poſſe extrahi ſanguinem ſine licentia Papæ. Gond. Hiſp. de poteſt. Eccleſiæ, num xiij. & 63. adeoque ratione vnionis, inter Papam. & Card. iuramentum fidelitatis Papæ Card. non præſtant, cum ſint vnum corpus cum eo Canon. omnes in .C. antiqua de priuileg. in vj. Franc. in cap. ſuper eo extra de Heret. num. iij. & xiiij. & dicta vnionis ratione maledicens Card. punitur vt. Quemadmodum malediceret Papæ Ioy de Anania in capitulo primo maled. Canonis. in capitulo Fœlicis de pænis in 6. Corſet. in

repertorio Abbatis in littera C. in verbo in maledicens, atquè eadem vnionis ratione creditur Cardinali de eo quod dicit, factum à Papa viuæ vocis oraculo, Lapus. allegatione 38. Io: Andreas in capitulo primo, de officio Legati in vj. Hoſtien. in capitulo conſtitutis de appell. Card. Alex. in capitulo nobiliſsimus, 97. diſtinct. Laud. de Card. quæſt. xx.

Si igitur Card. legibus Imperatorijs, & Regijs non ſubiacent, proculdubio etiam Card. ſubditi cuique legi, Coronæ, Regiæ, Catholicæ, æquè nec ſubiacere debent, quia priuilegium extenditur etiam ad omnes Card. à dictis legibus exempti, cum tanquam maximè debeant ſpetiali prærogatiua capitis ſui, ſcilicet ipſius Papæ Letari, & conſequenter à Legibus eximi, quemadmodum Papa exemptus eſt capitulo primo.ij.extra de officio Legati, Barb.de Præſt. Card. quæſt. viij. num. iiij. inquiens quod decet Card. eſſe participes priuilegij ipſius Papæ, cum eorum maxima ſit dignitas, & officium, vt dicit Bal. in capitulo primo, de poſtulat. Prælatorum Fælin. in Rub. de officio Leg. Iacob. & alij ſupra citati.

Et ſicuti Senatus ſecularis dignitates Eccleſiaſticas, & nomina dignitatum conferre non poteſt, nec dare, quoniam, hæc ſunt de reſeruatis

ſoli

926

ſoli Papæ, quæ à quocunquè etiam Rege, & Imperatore conferri non poſſunt, vt receptum communiter apud Theologos, Canoniſtas, & Legiſtas, varijs in locisque, quos breuitatis cauſa non refero, eademquè ratione à Senſu contratrio dignitates Eccleſiaſticas, & earum nomina auferre, detrahereque, nec minuere poteſt idem Senatus, quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina, latè Euerardus Hiſp. in centuria loco à contrarijs, his accedat Iuris regula, quod cuius non eſt velle, eius non eſt nolle. Senatus non poteſt nomina dignitatũ imponere, vt dixi, & ſic velle, ergo, nõ poteſt nolle, quoniã nolle poteſt, qui poteſt velle, ead. iuris regula l. eius eſt velle. Et ibi Decius, Cagnol. & alij ff. de Regulis iuris, & cum etiam Cardinales S. R. E. ratione amplitudinis eorum dignitatis ſint liberi ab omni poteſtate Ciuili Romanorum, & conſequenter Regum, & Imperatorum vt habetur in autentico conſtitutio, quæ de dignitate col. vj. Et adeò quod etiam ſi Rex Hiſpaniarum eſſet in vrbe in Conſiſtorio Papæ. ſederet poſt Card. Decanum S. R. E. qui nuncupatur Card. Epiſcopus Oſtien. Canonis. in cap. xxij. diſtinct. & ibidem Card. Alex. & in capitulo antiqua de priuileg. Dom. in C. Claros in vj. argum. & ibidem Card.

Alex.

Alex. col. iiij. xxj. diſtinct. Gondis. Hiſp. de poteſtate Eccleſiæ num. xxv. Reſt. de Imperat. 25. num. primo tract. lib. v. Nicolaus Boerius de ord. Grad. vtriusq; fori col. v. Et nominũ, eſt etiam de iure Cæſareo prohibita, .l. p. & ibi Bart. Bal. & cœteri, .C. de mutatione nominis, ſi prohibita vtiq; non licet dicto Senatui, qu .l. ex perſona Regis viuit, quamuis legi non ſubijcitur .l. digna vox, & ibidem communiter Doctores C. de leg. alijs inferioribus nominibus Cardinales S. R. E. nuncupare, eſſet enim indecens. Card. à Chriſto paſſo in hunc vſquè diem poſſeſſores dictorum nominum, & Prærogatiuarum, de quibus ſupra, abſque illorum conſenſu ſpoliari aduerſus ius diuinum Pontificium, & Cæſareum, quod non admittunt communiter legiſtæ relati à Hieronymo Cagnolo olim venerando præceptore noſtro in .l. prima num. 177. & 178. ff. ſi certum petatur inquiente, quod ab inſignibus, nominibus, & armis, quempiam à poſſeſsione, vel quaſi non eſſe amouendum, & dicit Plato in lib. quem de recta nominum ratione ſcripſit, qui Cratilus inſcribitur, dicens, quod nomina ab antiquis non temere impoſita, magnaquè in his animaduerti obſeruatione Tiraquello relatore, pulchrè in tract. de nobilitate cap. xxxj. num. viij.

Et ſicuti nòn decet Regem Hiſpanorum maximum titulis, & nominibus ſuis, quibus plurimum inſignitur, ſpoliari ſic eadem ratione non licet Cardinales S. R. E. ſuis prærogatiuis, & nominum maieſtate minui, per legem in arenam .C. de inoff. teſtam. inquiens Imperator Iuſtinianus ibi mores, quod Rex in ſemetipſum approbat, aut reprobat, in alium approbare ſimiliter, aut reprobare decens eſt, vnde illud vulgatum a noſtratibus, quod quiſquè iuris, in alium ſtatuere & cæt. quamobrem quid poteſt ex ſupraſcriptis, Senatus Secularis, & humanus aduerſus diuinum, qualis eſt Senatus DD. Cardinalium S. R. E. qui eſt ſuper omnes Senatus, omnes cœtus de mundo. Vndè quanto magis ſpiritualia, & diuina præferuntur temporalibus, tanto minus temporalia ſeu ſecularia poſſunt aduerſus ſpiritualia, & diuina, vt notorijſsimum habetur apud Theologos, Canoniſtas, & Legiſtas, Cur ergo diuerſa nomina imponenda ſunt, aut imponere attentat Senatus, contra ſupra explicita. nempè abſurdiſsimum eſſet. quòd Card. qui cum Papa iudicant orbè, & à nemine iudicantur præter quâm à Papa Oſtien. Io: And. & Imo. in cap. dilectus el primo de præben. Henrich. Boich. in cap. in ſumma, xv. quæſt. vij. num. 1. Card. Iacob. de Concilio

lio lib. 1. fol. 39. Card. in Clem. ne Romani de elect. in vj. eos iudicari à Senatu humano in dicta nominum, & prærogatiuarum mutatione, maximè quia ſi eorum conſ. regitur mundus. Ioan. de lign. in tract. de bello pag. nona Canoniſt. in cap. Bone de poſtulat. Prælat. procul dubio non debent regi circa mutationem eorum nominum a dicto Senatu, & cum ſint Cardines, ſuper quibus vniuerſa orbis machina voluitur. vt dicit Glos. in cap. 2. de officio Archid. Ioan. de Anania in cap. ad liberandũ. extra de Iudeis, eſſet indecens à Senatu ſeculari mutatione nominum Cardines, ſcilicet Cardinales reuolui, cuius non eſt poteſtas, & cum etiam à Papa, cuius membra ſunt omnium dignitatum ſint culmen, & fons, cap. duo 96. diſtinct. cap. ſolite extra de maiorit. & obed. & tamquam a ſuo capite, vel corpore Papæ maiori hac dignitate poſt eum illuſtrentur. enimuero non debent recipere nomina, nequè prærogatiuas maiores vel inferiores ab alijs præterquam à Papa ſuo capite quicquid a Senatu ſancitum eſt.

LAVS DEO.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE